

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**D. Lavrentii Heisteri Profess. Pvbl. Helmstadiensis  
Academ. Caesar. Regiae Lodin. Ac Berolin. Collegae  
Compendivm Anatomicvm Totam Rem Anatomicam  
Brevissime Complectens**

**Heister, Lorenz**

**[Norimbergae, [MDCCXXXII.]**

**VD18 90513150**

Explicatio Tabvlae Qvintae.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9958**



## EXPLICATIO TABVLAE QVINTAE.

Fig. 22. Ostendit membrum genitale virile a facie superiori; cuius venæ & substantia cavernosa, singulari & eleganti modo, argento vivo ita a me repletæ sunt, ut egregie & melius in conspectum prodeant, quam eas antea unquam vidi, aut delineatas usquam reperi: quod membrum adhuc ita præparatum asservo.

*A* Venæ penis truncus, in quem mercurium, pertusa prius valvula eius, immisi.

*BB* Venæ huius circa penis medium in ramos duos insignes divisio.

*CC* Vberior horum in plures ramos notabiles, & tandem in quamplurimos ramulos minimos, prope coronam penis, distributio.

*DD* Elegantissimus vasculorum subtilissimorum & copiosissimorum, ex minimis ramulis ortorum, inextricabilis & mirabilis cursus per totam glandis superficiem, tortuosis & flexuosis gyris, ad intestinulorum aut vasculorum seminalium in testiculis similitudinem; quæ adeo numerosa sunt, ut tota glandis superficies ex meris minutissimis vasculis constare videatur.


*eeee* Vasa quædam minora, maiora & maxima, multis in locis scandentia, amplectentia sive superequitantia.

*F.* Finis urethræ, per quam urina exit.

*G.* Funiculus, quo post expletionem penis pars posterior constricta est, ne mercurius facile effluat.

*H.* Pars





Frolir. g. pinx.